



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

§. 2. Secunda pars Macedoniæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13167**

**SINTICA**  
aliter Sintia,  
cuius memi-  
nit Orpheus,  
incolæ Sintij  
de quibus  
Thucydides.

HERACLEA SINTICA, vel Sentica, quæ & nudè à quibusdam Sintica dicitur, hodie *Chefeia*, ut vult Castaldus.

Tristolus, de quâ nihil occurrit.

MONS ORBELVS Mæsiam à Macedonia dirimit, & cum Hæmo connectitur in limite Thracio: Lazius eum hodie vocari ait ab indigenis *Karopntze*.

§. 2. *Secunda pars Macedonia, cuius caput Theſſalonice.*

**MYGDO-**

ANTIGONIA Mygdoniæ, quæ hodie vocatur *Cois-gna*, ut Pinetus putat.

**NIA, &**

Afforus à Siculâ distinguenda, cuius meminit Tullius.

**MYGDO-**

Eordæa vnde regiunculæ nomen in Mygdoniâ Stephano, quæ nequaquam est cum Thracicâ confundenda: Plinius Pæoniæ hanc videtur assignare.

**NIS**

Apollonia Mygdoniæ, in qua studebat Octavius dum auunculum Iulium ad bellum Parthicum opperiebatur; hodie *Ceres Nigro*.

cuius memi-  
nere præter  
Geogra-  
phos Hero-  
dorus, at-  
que Thucy-  
dides.

Axius Fl. ex Scardo monte ortus prope Pellam, paludem implet, & Erigono mixtus in sinum Thermaicum cadit tum latissimus, quare ab Homero dictus est *εὔρουπον*. Postea ut ait Zonaras vocatus est Bardarius, vnde hodie *Vardari*, seu *Vardare*, ut testantur Tzetzes, & Sophianus.

Chidorus Herodoto, Ptolemæo Echedorus, cuius aquæ Xerxis militi non suffecere: Sophiano *Calico*, *Granea Nigro*, *Veratafer* Castaldo.

**PELAGONIA**  
distinguenda ab ea  
quæ in 4. Regione,  
diciturque Tripoli-  
tis. Epitomistes  
Strabonis ait Pæo-  
nes in Macedoniâ

STOBI, & Stobium cuius meminere Liuius, & Plinius: apud Liuium in Pæoniâ collocatur (perperam legitur Beonia) & eius primaria nuncupatur: Nardus in suo Liuius, ait hodie vocari *Starachino*.

Perseis, vrbs noua Liuii lib. 39. non procul à Stobio; à Perseo Rege videtur condita.

*Parall. Geogr. Tom. II.*

Y y

Pelagones appella-  
ri.

Andaristus, cuius incolæ Andaristenfes  
apud Plinium: hodie si qua Theueto fi-  
des dicitur *Vofance*.

PÆONIA ex parte, incolæ PÆONES, qui vul-  
gò malè cum Pannoniis confunduntur, nos  
cum Dione suprâ distinximus. Latissimè hanc  
paruisse Regionem arguunt vrbes, quæ ex vi-  
cinis regionibus Pæonibus attribuuntur. Egre-  
giam hi operam nauauerè Philippo, & Ale-  
xandro. Dardani in eos sibi aliquid arrogabant:  
quare deuictò Perseo petière hanc regionem à  
Paulo Æmilio, sed repulsam passi sunt, & Sa-  
lis tantùm commercio donati.

Alorus vrbs pri-  
maria Pæoniæ  
Stephano, cu-  
ius incolas A-  
loritas Plinius  
nominat. *Vbi  
fuerit ignoratur.*

IORI } Iorum: de quibus nihil inuenio præter nomina.

ORBELIS, & ORBELIA } GARISCVS Ptolemæo, cuius in-  
ab Orbelo monte ὄρβηλος } colæ Plinio Garesci.

ALMOPIA incolæ Ἀλμωπιες, quorum me-  
minit Lycophron: ita dicti teste Stephano ab  
Almope Gigante filio Neptuni, & Helles A-  
thamantis. Almopios Plinius vocat; Ptole-  
mæus Latinus Albotos, & Albotas corruptè.

Europus εὐρω-  
πος, alia ab vrbe  
Æmathiæ ad  
Axium cogno-  
minata.

AM- } THESSALONICA, seu Thessalonice, olim dicta Ha-  
PHA- } lia, vt vult Stephanus, item & Therme, vt quibus-  
XITIS } dam placet: Plinius tamen duas vrbes distinguit.  
aliter } Condita est, vt vult Stephanus, à Cassandro: postea  
cùm Philippus ad eam Thessalos deuicisset Thessa-  
lonicam dixit: vel vt addit ex Lucillo Tarræo, à filiâ  
Philippi, quam suscepit ex Nicasipoli virgine, nepte  
Iasonis. Cætera vide apud Nicol. Gerbelium in suâ  
Græciâ pag. 21.

AM- } Apollonia ad montem Atho, cuius meminit Plinius, &  
PH A- } eius incolas Macrobius vocat. Hodie *Erifos* dicitur  
XI S. } Lydo-Ioanni.

PH A- } Stagira, Ptolemæo Stantira circa montem Atho, patria  
Aristotelis, quam euertit Philippus, Alexander in gra-  
tiam sui Præceptoris reparauit. Inde quoque oriun-  
dus Hipparchus Philosophus. De hac vrbe, & eius  
legibus vide Ælium lib. 12. Variarum.

OLYNTHVS à Calcidensibus Euboïcis condita, à Philippo per prodicionem capta est, vt tam sæpe queritur Demosthenes. A quibusdam in Thraciâ collocatur, & in Sithonia Σιθωνία ab Herodoto. Olynthiaci fluij hanc urbem alluentis meminit Athenæus. Eius Nauale

P A- Mecyberna dicitur 20. stadiis ab vrbe distans.

R A- Torone, quam Suidas, & Stephanus Thraciæ contribuunt, Sinui dedit nomen, de quo postea: hodie Sophiano *Longo* dicitur, melius *Castel Rampo*, aut *Rampa*.

X I S Ampelus promontorium huius Regionis Herodoto, & Ptolemæo: hodie *Cabo Canistro*.

E T

P A- Pallene vrbs & mons in Insulâ cognomine, sic dicta à Pallena Sithonis filiâ vxore Clithi. Ptolemæi Patalene est: à Stephano, & Eustathio in Thraciâ collocatur. Hæc Peninsula dicitur ab eodem Eustathio Peninsula *Cassandriæ*: hodie *Canistro*.

R A-

X I A Potidæa, postea *Cassandria* dicta, vt aiunt Plinius, Pausanias, Stephanus. Vtrum autem dicta fuerit Pydna, ab eruditis negatur, licet id asseruerit Epitomistes Strabonis, cui subscripsit Calcondylus. Sophianus nomen retinere putat *Cassandriæ*, Bellonio est *Schiato*.

CALCIDI- A CANTHVS cuius meminere Diodorus Sic. atque  
 D I C A, Thucydides, sed ab hoc in Thraciâ ponitur, minus  
 à Calcidensibus Euboïcis, sic celebris quàm Ægyptiaca: hodie dicitur *Erisso*.  
 dicta, qui Singus ad montem Atho statuitur à Stephano, vnde  
 Coloniam & sinui nomen, de quo postea.  
 Olynthum Athos mons ab Atho Gigante nomen habet, vt vult  
 deduxerunt, Stephanus. Hic mons ei aculatur umbram suam  
 sed cum vespertinam ad 300. stadia in forum vrbis Myr-  
 Paraxiam rhinæ in Insulâ Lemno. Ortelius malè credit apud  
 contine- Liuium lib. 45. vocari *Aneas*, cum hic mentio sit  
 bat. de portu. Iungitur Isthmo 12. stadiorum qui à  
 Xerse factus, vt cani posset *Velificatus Athos*.  
 Hodie vocatur ab incolis *Monte Sancto άγιον όρος*.